

MANIPULUS

INSECTORUM TAURINENSIIUM

A CAROLO ALLIONIO

EDITUS.

MANIPULUS hic insectorum pertinet ad Cl. Virum Ottonem Fridericum MÜLLER, Danum, Acad. Imp. Nat. Cur., Societ. Scient. Boicae, & Helveticae Sodalem. Cl. hic Vir per Italiam litterarium iter facturus cum in hanc Urbem venisset, rerum hujusce regionis ad historiam naturalem pertinentium feracitate excitatus, insectorum, atque etiam novorum non exiguam copiam in nostra patria adesse ratus, me quammaxime hortatus est, ut vellem hanc etiam naturalis historiae partem excolere, atque insecta colligere, quod per optimorum discipulorum naturalis historiae studio deditorum operam fieri curabo. Ipse autem per loca quaedam a me ipsi indicata, uti per colliculum Cappucinatorum, & secus fl. Duriam aliquot ambulationes proxime elapsi Julii postremis diebus suscepit, excursionum comite Petro DANA meo discipulo, & diligenti naturalis historiae cultore, cum optimo virum, quod gratissimum certo fuisset, sequi non possem clinicis curis impeditus. Paucae vero ambulationes cum summa Cl. Viri oblectatione obtulere non pauca insecta, & ipse gavisus plurimum est se reperiisse in nostra regione Fridrichsdalina, Lapponica, Aegyptia, imo etiam Americana; tum etiam quaedam, quae minus nota, ac nova sunt. Manipulum itaque sollicitè conscripsit, quem Commentariis nostris adjicio, ut rem gratam, utilemque naturalis historiae amatoribus faciam. In hoc autem manipulo ita recensentur collecta insecta, ut quae jam definita sunt, nominibus tantum tri-

via-

vialibus erutis ex Perillustris LINNAEI *Sist. natur. ed. 10.*
Ejusdem *Fauna Suecica, & Fauna sua Fridrichsdalina* indicen-
tur; quae autem nova, aut minus nota sunt, ad sua ge-
nera cum brevi descriptione referantur.

COLEOPTERA.

SCARABAEUS *auratus*

variabilis.

cervus.

virens, muticus capite thoraceque glabris,
aeneis: elytris rugoso-testaceis: pedibus
nigris.

*Totus glaber, sed pectus villosum. Co-
lor capitis, thoracisque punctis minimis
excavati ex aeneo viridis, uti quoque
scutellum, & sutura elytrorum. Abdomen
lateribus maculis pallidis, subius glaber-
rimum.*

DERMESTES *mollis.*

stercoreus.

SILPHA *atrata.*

CASSIDA *viridis.*

COCCINELLA 2. *punctata.*

5. *punctata.*

7. *punctata.*

9. *punctata.*

13. *punctata.*

22. *punctata.*

2. *pustulata.*

CHRYSOMELA *graminis*

alni.

nymphaeae.

staphyleae.

CHRY-

CHRYSOMELA *populi.*

merdigera.

4. *punctata.*

Taurinensis, cylindrica, atra: elytris luteis, punctis sex nigris.

Elytra marginata flava, versus basim cujusvis punctum unicum nigrum, in medio duo.

luteola, oblonga, lutea: thorace bipunctato: elytris fascia longitudinali nigra.

Caput, thorax, elytra, pedes lutei; in fronte duo puncta, in thorace utrinque unum, in quovis elytro fascia lata, nigra. Oculi & antennae fusca. Abdomen nigrum, puncta duo obsoleta basim elytrorum versus.

CURCULIO *scrophulariae.*

crassus, brevisrostris, niger: elytris convexis striatis.

Totus niger. Thorax globosus punctis elevatis; in cujusvis elytrorum striae cavitate series una punctorum distinctorum.

centaureae, brevisrostris, oblongus, griseus: elytrorum fasciis duabus obliquis fuscis.

Inter majores est. Totus griseus, punctis elevatis, nigris, inaequalibus sparsus.

Puncta haec faciunt, ubi pilis minimis obsita, colorem griseum, ubi glabra, subfuscum; hinc fasciae duae obliquae fuscae in quovis elytro formam duplicis V. mentientes.

ATTELABUS *coryli.*

apiarius.

CERAMBYX

*cerdo**textor.**moschatus.**linearis.*

sartor, niger, thorace mutico subgloboso: elytris fuscis, lineolis, punctoque albis.

Minor: nigra sunt caput, thorax, oculi, antennae, pedes; elytra fusca; apice, lineaque media obliqua curva, ac basi puncto, lineolisque duabus albis, minimis.

LEPTURA

*attenuata.**melanura.**necydalea.*

Thorax subglobosus punctis quatuor nitidis; margo elytrorum non purpureus; femora antica elevata nigra, reliqua ferruginea.

marginata, nigra thorace subgloboso: elytris subulatis utrinque marginatis lutescentibus.

Animalculum totum nigrum, elytris exceptis, quæ flava, abdomineque breviora. *varia*, thorace globoso, elytris flavo-virentibus: fasciis nigris.

Caput, thorax, abdomen, elytra flavo-virentia, in quibusdam individuis cinerea; in thorace fascia transversa nigra; ad basim elytri figura C, medioque duae fasciae nigrae. Pedes nigricantes.

Antennae nigrae.

CANTHARIS

*melanura.**sanguinea.**viridissima.*

In quibusdam femora postica valde crassa.

CAN-

CANTHARIS *tomentosa*, nigra, thorace, teretiufculo: elytris tomentosif fufcis.

Tota nigra. Elytra fola luteofufca fubpilofa, ad lentem ftriata.

ELATER *aterrimus.*
ferrugineus.
badius.

CICINDELA *campeftris.*

BUPRESTIS *nitidula.*
oc̄to - maculata nigra: elytris maculis oc̄to aureis.

Thorax glaberrimus, nitidus, niger; antennae, pedefque primi lutei. Elytra ftriatopunctata, bafi macula curvata, medio fubquadratae duae, quarum infima bafim verfus extenditur; apice macula reniformis fulva.

MORDELLA *aculeata.*

paradoxa, antennis pectinatis: capite, thorace, elytrisfque luteis.

Thorax haud poftice trilobus, nec elytra apice nigra. Abdomen truncatum fegmentis omnibus margine, & dorfo nigris. Pedes nigri, femora pofteriorum uti & articuli plantarum bafi lutea; varietatem tamen ejus, quae in Fauna Svec. defcribitur, credo.

STAPHYLINUS *niger.*

FORFICULA *auricularia.*

BLATTA *Lapponica.*

GRILLUS *viridiffimus.*

verrucivorus.

rufus.

viridulus.

GRILLUS *bifasciatus* thorace subcarinato, rugosus: elytris griseis: fasciis duabus fuscis.

Color ex rufo-griseus. Caput & thorax rugosa. Pectus & abdomen subtus punctis sparsis fuscis. Antennae fuscae thorace paullo longiores. Elytra albidiora fascia altera in medio, altera media inter hanc & thoracem fuscis. Alae caerulecentes fascia nigra, apice albae.

caeruleus, thorace subquadrato: maculis, & punctis ubique caerulecentibus.

Color griseus, capite, thorace, basi elytrorum, pedibus, & dorso abdominis, ut Lucius elixus, caeruleus. Alae hyalinae basi caeruleae. Antennae griseo, & caeruleo annulatae, thorace paullo longiores.

H E M I P T E R A.

CIMEX *annulatus.*

marginatus.

haemorrhoidalis.

pabulinus.

laevigatus.

hyoscyami.

equestris.

griseus.

baccarum.

Italicus, sanguineus, scutello longitudine abdominis: subtus maculis, supra fasciis longitudinalibus nigris.

Ruber, in thorace sex fasciae longitudinales, in scutello quatuor nigrae, abdomi-

dominisque margo & inferior pagina nigro, & rubro variegata. Alae superiores apice nigrae, inferiores nigricantes.

4. punctatus, oblongus, lamina thoracis elystrisque luteo-testaceis: maculis quatuor nigris.

Caput, thorax, abdomen, scutellum subcaerulea; puncta duo nigra in thorace, huic adjacet lamina utrinque macula nigra. Elytra lutescentia, margine lineola, apice macula alba, cui nigra contigua est. Apice elytri membranaceo punctum quoque album. Pedes flavescentes; femorum apex niger.

Segusinus, antennis apice capillaribus: corpore oblongo nigro: elytrorum apicibus coccineis.

Totus niger, glaber; apice elytri macula coccinea, extremo apicis nigro. Pedes flavescentes, basis femorum nigra.

APHIS

jaceae.

LEPIDOPTERA.

PAPILIO

Jo.

Ajax.

Machaon.

Atalanta.

Antiopa.

Maera.

Galathea.

Cardui.

Rhamni.

Brassicae.

PAPI-

PAPILIO

*Jurtina.**Janira.**C album.**Hyale.**Aegeria.**Prorsa.**Urticae.**Lucina.**Cinxia.**Lathonia.**Arion.**Argiolus.**Idas.**Comma.**Malvae.**Tages.*

Linea, alis integerrimis divaricatis fulvis immaculatis : primoribus supra lineola nigra.

Similis Pap. Comma, at prorsus immaculatus.

SPHINX

*Populi.**Stellatarum.**Porcellus.**Filipendulae.*

Virginea, alis superioribus cyaneis : maculis quinque, punctisque totidem rubris albo marginatis.

Similis Filipendulae. *Alae inferiores* coccineae, margine exteriori caeruleo, inferiori testaceo; differt tamen thorace virenti, margine collarique duplici albo, maculis punctisque rubris peripheria alba cinctis. *Puncta haec numero quinque occupant*

cupant locum sextae maculae Filipendulae
versus apicem alae.

SPHINX *ligata*, alis omnibus nigris albo maculatis:
abdominis fascia duplici aurea.

*Antennae apice albido. Abdomen ce-
ruleum basim, & medium versus fascia
aurea. Macula aurea in claviculis 4. po-
sticorum pedum.*

variegata abdomine barbato: alis hyalinis,
margine ferrugineis.

*Segmentum abdominis primum, & se-
cundum viridia, quartum, & quintum
ferruginea, quintum, & sextum lutea,
barba laterali horum alba, terminali
nigra. Abdomen subtus ferrugineum. Tho-
rax, & caput viridia. Pectus album.*

*Antennae nigrae. Alae albae, pellucidae,
margine ferrugineo.*

PHALAENA

Caja.

salicis.

plantaginis.

ypsiloni.

paeta.

grossulariata.

glaucinalis.

verticalis.

purpuralis.

atomaria.

viridana.

trigonella.

Swamerdamella.

pentadactyla.

NEUROPTERA.

LIBELLULA

*quadrifasciata.**Fridrichsdalensis.**sanguinea.**frumenti.*

triedra, ϵ alis omnibus basi lutescentibus: puncto marginali albido: abdomine triangulari.

Pedemontana, alis hyalinis macula fusca: puncto marginali corporeque sanguineo.

β alis hyalinis macula fusca: puncto marginali luteo: abdomine fulvo.

In ϵ frons, pectus, abdomen punctumque marginale rubra. Thorax & macula alarum, quae puncto marginali approximat, fusca. In β frons, pectus, punctum marginale lutea. Thorax abdomenque fulva. Pedes utriusque nigri.

virgo β , & ϵ .

puella α , β , δ .

EPHEMERA

bioculata.

HEMEROBIUS

*perla.**Chrysops.*

PANORPA

communis.

Italica, lutea alis aequalibus, puncto marginali: abdomine falcato.

Facies omnino Tipulae, at alae quatuor, rostrumque Panorpae, licet minus communis. Tota lutescens. Antennae setaceae, oculi ocelli, & apex rostri fusca. Abdomen falcatum, supra luteum, subtus subvirens apice fusco. Pedes longissimi, apice tibiae spina duplex. Alae aequales lutescentes puncto marginali concolori.

HYME-

HYMENOPTERA.

TENTHREDO *pratensis.**viridis.**padi.**ustulata.**saltuum.**septentrionalis.*

quadrinaculata, antennis clavatis, nigra pilosa: fronte, scutello, abdominisque maculis quatuor flavis.

Maxima. Tota nigra. Frons, scutellum, abdominis segmentum secundum, & tertium superne fascia lata flava; haec in secundo utrinque incisa, in tertio omnino interrupta maculas quatuor constituit. Thorax & segmenta superne, & inferne glabra, marginibus pilosa. Antennae clavatae; maxillae fortes. Pedes pilosi. Tarsi setis rubris. Alae fulvae.

bifasciata, antennis septemnodiiis nigra: abdominis fasciis duabus, tibiisque posticis albis.

Tota atra. Segmentum abdominis secundum, & tertium supra album; tibiaeque posticorum. Quibusdam individuis duo puncta alba in quarto segmento.

ICHNEUMON *extensorius.**compunctor.**manifestator.**glaucopterus.**appendigaster.**desertor.**luteus.*

ICHNEUMON *comitator.*

punctator, niger, abdomine subtus albido bifariam punctato: pedibus subflavis.

Niger immaculatus. Abdomen subtus albidum punctis utrinque quatuor nigris. Pedes lutescentes.

SPHEX *fabulosa.*

Aegyptia.

VESPA *coarctata.*

quinquefasciata, nigra, thorace lineis punctisque, abdomine fasciis quinque, punctisque quatuor luteis.

Apex antennarum, & pedes fulvi; femora basi nigra; in basi thoracis, alaeque versus lineolae. Dorso puncta quatuor, lateribus utrinque unum; versus juncturam abdominis loco scutelli tres lineae, quarum superior transversa in quibusdam interrupta, flava; in ipsa junctura abdominis maculae duae flavae. Abdominis fasciae quinque incisae, quarum prima remota dorsum tantum occupat; quatuorque puncta lutea, duo majora inter primam, & secundam fasciam; minora in basi abdominis. Apex quoque luteus. Datur varietas duplo minor.

horticola, nigra thorace lineola, punctisque duobus: abdomine fasciis quinque interruptis, pedibusque luteis.

Antennae fulvae; lineola interrupta basi thoracis; integra inter alas.

6. maculata, nigra, thorace immaculato: abdomine maculis 6. albis: alis basi fulvis.

Tota atra, punctis excavatis hirta, parum hirsuta. Ocelli nulli. Abdominis segmenti 2.ⁱ & 3.ⁱ dorsa maculae 4. magna aequales, 4.ⁱ duae minores albidae. Alae umbraticae a basi ad medium aureae.

APIS: *manicata.*
succincta.
truncorum.
hortorum.
pratiorum.
terrestris.
lapidaria.
acervorum.
muscorum.
insubrica, nigra nitida: alis caeruleis nitentibus.

Maxima. Tota nigra glabra. Margo thoracis, pectus, abdomen subtus, ac pedes parum hirsuta; tarsi posticorum hirsutissimi. Alae pulcherrimae. Iridis colore caeruleo nitentes, lumini obversae saturate fuscae.

fulva, hirsuta nigra: thorace abdomineque fulvis.

paludosa, hirsuta nigra: thorace antice, ac postice, abdomine antice flavis: ano albido.

Tota hirsuta atra; Thorax margine antico, & postico, abdomen antico luteo. Segmentum penultimum, ac antepenultimum abdominis lutescentia; apex niger.

FORMICA: *Herculeana.*
fusca.

DIPTERA.

TIPULA *crocata.*MUSCA *arbutorum.**menthastri.**noctiluca.**carnaria.**domestica.**cadaverina.**scolopacea.**mellina.*

valentina, antennis plumatis glabra: thorace ferrugineo: abdomine flavo cingulis duobus nigris.

Magna. Frons cornea flava. Oculi fusci. Thorax, & scutellum ferruginea, nitida setis nigris cincta. Pedes obscurius ferruginei. Abdomen flavum marginibus primi, & secundi segmenti nigris; subtus fasciae nigrae. Alae fulvescentes.

cincta, antennis setariis pilosa, thorace caeruleo: abdomine ferrugineo: linea dorsali nigra.

Os argenteum. Thorax niger, glaber lineis tribus lacteis. Abdomen ovatum setosum, ferrugineum, dorso linea longitudinali interrupta nigra, medio cinctum lineola alba certo situ visibili. Pedes nigri femora flavescentia.

CULEX *pipiens.*ASILUS *forcipatus.**tipuloides.*

APTERA.

TERMES *fatidicum.*ACARUS *gymnopterosorum.*